

IOANNIS EVSEBII
NIEREMBERGII,
SOCIETATIS
I E S V,

HISTORIA
PANEGYRICA,

DE TRIBVS GLORIOSIS
*Martyribus, ex eadem Societate
I E S V, nuper in Vrugai pro fide
occisis; quorum Martyrij gloriam
multa prodigia significarunt.*



DOMINO
IOANNI VARONÆ,
ET GVDIELI,

DOMINO
DVMVS VARONÆ,
AMICO MEO,
SALVTEM.

PROVOCAVIT
pudorem meum
benevolentia tua,
Amicorum opti-
me, cum veteris amicitia
ausu, & quadam subtilitate
fidei infidus mihi, Sigalio-
nem

4
nem prodidisti meum, cum
non seruasti tibi, cum dedisti
omnibus. Me inuito, emisisti
in lucem Fabulam: tibi inui-
to mitto Historiam. Verecun-
diam meam refecrafti: talio-
ni obnoxius es: ecce modestia
tua tantumdem sustinebit: sic
vlcisci scit amor, vbi fides lu-
dere. Iam exterso pudore, quid
non ausim? Opprimebam Si-
galionem; tu publicasti illum;
ille me. Placuit aliis, quod dis-
plicebat Authori, cum arbiter
suae causae blandissimus quis-
que sit. Quare, quod mihi mi-
nus displicuit, iam ausus exhi-
bere publico iudicio. Illustrif-
simo, ac Reuerendissimo D.

D. Ioan


5
D. Ioanni Peredæ, Episcopo
Ouetensi, Auunculo tuo, Ar-
tem Voluntatis mitto; & tibi,
optimo Amico, istud monu-
mentum amicitiae. Idem in-
terest inter meum Sigalio-
nem, & Voluntatis Artem,
quod inter festiua, & seria;
quod inter Βατραχομομαχίαν, &
Iliadem; quod inter Clari-
mūdum Lusitanij Liuij Ioan-
nis Barros, & Asiae Decades.
Prolusi in Sigalione philoso-
phica; in Voluntatis Arte di-
gesti. Quemadmodum Ho-
merus, dum scripturiret Ili-
dem, erudiuit iocis calamum;
& noster Barros per Fabu-
lam apparauit Historiam: sic

a 3 ego

6
ego Philosophiæ seueritatem
Fabella illa initiaui ; hac Hi-
storia coronauit. Humilis Phi-
losophia sine vsu est ; rudis
sine norma. Constantiæ præ-
cepta dedi, hîc informo ex-
plo, altera doctrinæ, sed prima
parte. Videas, quo iure amicis
vtar. Ioannem del Castillo
defunctum commendo ; te
superstitem condemno, dum
amoris irati, & vindicantis se-
munusculum tibi dico. A te
didici amicum offendere : tu
à me disce amicum pati.
Vale.

Tuus,

IOANNES EVSEBIVS
NIEREMBERGIVS.

7

IOANNIS EVSEBII
NIEREMBERGII,
SOCIETATIS
IESV,
HISTORIA
PANEGYRICA,

*De tribus gloriosis Martyribus ex eadem So-
cietate IESV nuper in Vrugaî pro fide occi-
sis ; quorum Martyrii gloriam multa pro-
digia significarunt.*



Ors excellentium Virorum tan-
tò acerbior superstitibus est, quã-
tò vita iucundior, & vtilior fuit ;
nec compensari alio solatio po-
test, quàm licentia laudis : com-
mendatio enim, tutus, & proprius census defun-
ctorum est ; cum iam per inuidiæ fas, & immu-
nitatem verecundiæ, licet promulgare virtutes
innocentes ; quæ nec inuidum cædant, nec inui-
sum bonorum meritò eruent arcana pudoris

*Jo: Raphael
Hutterer*

plaga. Etenim, licet verba omnia in anfractu sint, & quodam cum periculo; maxime laudatio anceps est, & præceps, & vix tuta, & innocens etiam digno, etiam ab almo pectore, nisi cum omnem liuorem in reuerentiam transformauit absentia. Virus inuidiæ, licet valentissimum, non se vibrat, non magnum interuallum pergit, nec ultra vicinos, & pares: quare non transcendit mundum, & fato sibi libentissimè litat, cum defunctos distantes videat, & quadam mortis veneratione, & priuilegio immunes mortalitatis conditione, in hoc iam superiores, & penè vereatur diuinos. Itaque nulla præstantissimorum Virorum gesta egregia pretium sui exigunt numerata pecunia; sed ad conditum diem, cum mitescit liuor aiorum, & pudor abest proprius. Vtrumque impetrat funus. Vnum solum præsentissima commendationis opus est, egregie mori. Non excellentia vitæ, sed mortis, priuilegium habet impigræ, & instantis laudis; vbi modestia dignissimi vulnerari nequit, & inuidia decedit mortis reuerentia; vel si perstat, innocentissima est, & inuidèda fortasse. Votum moriendi non ita est, aut vile, aut facile, nec cum est, fit iniquum; nec perfidum vouenti erit abinthiū enim inuidentiæ, penuria rerum est, & superfluitas cupiditatum, cum cupiditates, aut cupientes excedunt cupita, quæ, cum non sufficiant omnibus, acerbant carentes. Hac arte bonum alienum in damnum effigiatur proprium, & mordet plura pectora, quod mulcet vnum. Mors verò amplissimum bonum,

sed

sed inops vouentibus, hanc tesseram maximorum bonorum, scilicet, veterum, habet, patere cunctis. Quare bonum puto felicissimum, licet infametur maiorum censu, & titulo: sine inuidia utique est, aut cum Regia, id est, sine aculeo, cum quadam æmulatione mansuetæ, augustæ, atque laudationum prodiga: purpurat enim æmulus, dum exaggerat, suæ spei simulacrū, & votorum imaginem inaugurat: nemo autem sibi parcus est. Aliquod huius periculum suauissima quadam, & expiata inuidentiæ fortunatissimè feci, cum renunciata fuit felicissima mors diuini Viri, Ioannis del Castillo, qui nuper in dorso mundi, cum aliis duobus sanctissimis Christi Militibus, fidem obsignauit sui cruoris purpura, augustorum ritu. Tactus statim fui de cælo, quasi propitio fulgure, vt incensus nouo inuidiæ ingenio, percererem fortunam eius, quem non cessabam laudare: ampliavit affectum contubernium pristinum: coæui fuimus, commilitones in tyrociniō Societatis, in studiorum: eodem anno, eodem mense in militiam IESV adscripti: conuiximus Matri, conuiximus Optæ: inde auulsus ille, & dimidium animæ, vt candens sanctitatis suæ iubar virgineo rubricaret sanguine. Verum, quia spes, & mors, publica bona sunt, & extra iurisdictionem fortunæ, non irritabant æmulationem mihi: (nemo, quæ certò sperat, inuidet; nemo, quæ habet: spes autem vicaria possessionis est, & præcox dominium:) sed egregie moti, quod tantum, quod felix, me

a 5

perculit.

perculit. Mori commune omnibus est; vilissimum multis: at, eleganter mori pro Deo, pro lege, pro bonis, pro bono, felicissimi, id est rari, id est magni. Hoc mirum, & nescio, an dicam, iniuriosum vitæ, quod tanta felicitas opus mortis sit: quod alienum sit, non proprium: cuius nec optimis aliud liceat, quam aridum votum. Huius solius fortunæ nemo sibi fabrum licet esse. Excogitavi propterea artificium, ut emendato arbitrio felicitatis tantumdem penè gloria adornaretur mihi, dum alienam prædicarem per quandam æmulationis comitatem. Quodam pacto affectat laudis societatem, qui dicitur; & optimis, quæ non fecit, dicendo fungitur. Tiberius Capito, cum statuam erexit L. Sillani, immortalitati quoque suæ prospexit, nec reputatum fuit magis decorum, & insigne, statuam habere, quam locare. Certè gloriosum est gloriam amare alienam, gloriosissimum facere. Quapropter hanc narrationem honori Ioannis del Castillo, olim amici, & socij mei, nunc Patroni destinavi, quæ professione quondam amicitia, modò reuerentiæ, & innocentia sanctæ inuidia, laudata, aut excusata erit. Commendatione mea ille non egebat, qui, nec vita egebat ad gloriam, nec gloria ad vitam; & quod non minus mirificum, nec ad gloriam morte, licet gloriosissima fuisset: tam gloriosa, tam felix, tam sibi subsistens virtus illius vita & morte fuit, ut nec gloria egeret: tanta illi gloria vitæ, ut nec indigeret gloria mortis: tanta illi gloria

mortis, ut nec indigeret gloria vitæ: gloriosissimum quemque, aut mors, aut vita illius faceret. Mihi solum gloriosum, & iucundum, gloriam suam dicere. Expiationem fortasse inertiae meæ merebitur alienæ virtutis amor. Exordiar, ne Historiæ corpus truncem, à passione duorum aliorum Christi Militum veteranorum, P. Rochi Gonzalez, & Alphonsi Roderici. Trinitati laudem dicant hi tres sancti Viri, atque eos laudaturo similitudo Trinitatis congruebat, ut pro tribus constaret. Hæc maxima diuinæ naturæ maiestas, ut pro tribus sit, tribus satis ampla personis: aded est Trinitas honos, & nobilitas Diuinitatis. Vnus Deus noster, triplex persona est; nec tantum pro tribus est, sed pro mille Diis. Hanc excellentiam æmulantur Deifici Viri, ut vnus pro tribus sit, vnus pro multis: vnus homo triplex calculatur. Tanti, & tot erant hi Patres: vnusquisque tantumdem trium, vicarius plurium: non vno labore, & penso restricti, sed ad plurima spatia, ad omnia charitatis, & frugis amplissimi muneris. Qui vnus ipse adæquabo laudes trium triplicatorum, hoc est, diuinorum Virorum? At, mihi non est animus excusato commendare sermone omnes virtutes, quam vnam patientiæ memorare: nam satis

Laus est ardua, dura sustinere:

Ignauis, timidus, & improbatiss.

Multum fingitur otiosa virtus.

Nolim, & letor non posse, obnubere laciniosa eloquen

eloquentia frontem sinceræ virtutis, nec exag-
gerantis imagine minuere laudes. Laus est quæ
dam honoris exactio; honorem propria opera
impetrant, non aliena dicta: nemo honestior est,
quod alius dixerit bene; sed, quod ipse fecerit:
quare maximè laudatus est, qui maximus est,
cuius facta nesciunt esse in nota dictis; quorum
honori satis est sciri; nec ampliùs contenti audi-
tu, quàm obtutu; quorum narratio simplex exag-
geratio sit. Quædam iniuria est maximorum
Vitorum affectata historia, cum argumentum
minoris virtutis videatur, procuratis magnificari
verbis. Haud credi potest maxima facta esse, quæ
adduntur dictis; nec optima esse opera, quæ
emendat sermo. Nullum debet virtus magna
laborem facessere Oratoribus: ab illo, quem ex-
hibuit operanti, laudantem redimit: cum negli-
gentia sermonis per se extollitur. Hæc caulata
velim; nam parcus videbor verbis, & coloribus.
Opus non erat laudi, nisi narratione. Si libera-
lior aliquando nonnulli iudicabor, vereor iniu-
riam fecisse amplissimæ virtuti. Hanc potius
est animus, & fas narrare, quàm æstimare. Acce-
do iam ad propositum opus.

SOCIETATIS IESV Vniuersum cha-
ritate complexa: tantùm patent labores, quan-
tùm Orbis; affectus vltra. Nec tot est aulæ cæca
auri cupido superare Oceanos, tot mundi pro-
fcindere noualia pro interitu hominum, quot
illa pro salute. Inter alios mundi angulos non-
dum pollutos auaritia, nisi votis, quò antecur-
rit

rit Europæ arma, latissimam Vrugaï Prouin-
ciam prægressa est. Vltra Brasiliam protenditur
hæc regio ad mare australe: nullus adhuc ibi
Hispanus, nec inde nisi fama exclusa vberem
barbariem dictabat. Impatiens ardor nostrorum
maioris moræ in tot nationes exiliuit, non ex-
pectato Hispanorum præsidio. Solitarij, & exermis
barbaros adierunt felici temeritate. Sicubi ma-
gnus labor promulgandi Euangelium, hic fuit.
Priùs necesse erat facere homines, deinde Chri-
stianos. Vagantur rupices illi per agros, per ne-
mora, ferarum instar, moribus, furore, toruitate:
cogendi erant in aliquem humanitatis decorem,
& erudiendi priùs ad vitam, quàm ad fidem.
Prior illarum regionum Apostolus, P. Rochus
Gonzales, ausus pedes, exermis, solus, vbi nec
Hispana legio irrupit armata, experiri feritatem
hominum, num beneficis, num mansuetudine,
& humilitate flecti sineret. Felicissimè obtinuit.
Non omnia potest potentia, potentior patientia
est. Maiora sæpè impetrauit dissimulatio, quàm
strepitus. Breui mitefecit Barbaros; attraxit fe-
ras diuinus hic Orpheus, & in Reipublicæ diges-
sit honorem, quinque oppidis constructis: docuit
homines priùs viuere, deinde bene viuere. Vita
sua prima victoria fuit, (maxima exempli vis
est,) mox beneficentiæ, deinde patientiæ, & la-
boris. Casas Barbarorum manu sua faciebat, eas-
dem docuit facere. Primum fabricam domuum
contemptio cæli excogitauit. Primus parricida
Cain, & sceleratorum Patriarcha, primus mundi
ciuis,

ciuis, (non hospitem putauit se,) prior omnium ædificauit ciuitatem, pessimorum more, stabile huius sæculi domicilium putantium. Eiusdem posterius, hæredes incogitantæ mortis, artes, inueniunt ad ampliandas opes, malorum armamenta, scelerum pignora. Ferè plurimus apparatus vitæ inuentum fuit indignissimorum ipsa. Expiavit P. Rochus hanc infamiam, & semel amore cæli tractauit terrena. Plurimos Barbaros iam homines, iam Angelos lætissimus videns, singulis præfecit oppidis Viros nostræ Societatis feruidos, & maturos; ipse reliqua se mole oneravit, solo laborum arbitrio iniustissimus, auidus quadam benefaciendi auaritia, nouas quætebat prædas, noua Regna, non vt regnaret ipse, sed vt regnarent cum Christo victi humilitate, & patientia sua. Acuit sancti Viri cupidinem nouis sociorum ex Hispania aduentus, quibus adornare voluit, pluribus reductis Barbaris, & fide imbutis, oppida, (Reductiones appellantur,) quibus rescuerent laborum sitim, quæ illos ex patria, ex læte pepulit ad ignotos Orbes. Facile contraxit (fortissimus hominum magnes beneficentia cum patientia est) plures Indos, & ad politiam, & fidem perosque domitos ardori, & diligentię mandauit eximij adolescentis, P. Ioannis del Castillo, cuius sanctimonia, & pudor obtinuerunt præligi ad laborem, & pericula. Multi adhuc erant infideles, & incertæ fidei. Progressus ipse P. Rochus cum socio Alfonso Roderico ad aliam conciliandam Reductionem eodem

eodem anno, qui fuit 1628. Iam Dæmon instantem superstitionis ruinam non leuibus significationibus, & damnis doctus, obesse omni molitione parat; timuit P. Rochum indefessa perinãcia vterius molientis; timuit socios, quos in ditionem suam introduxerat amor Christi; timuit nouos, quos Hispania mittebat, cuius non tantum coloniz sunt Orbes, sed Ecclesiz. Nec vnde plus ampliata Dei domus, nec vnde plures fundatæ Ecclesiz in Oriente, in Occidente, in Orbibus integris: multò plus dedit Religioni, quam est. Armis, & impensis Hispanorum Euangelij sonus in omnem terram iterum exiuit. Xauerium diuinum, Andream Quiëdam, Thaumaturgum illum Iosephum Anchieta, feruidum Gonzalum Sylueitam, innumeros alios ex nostra Societate, expugnatores mundorum Hispania ablegauit. Hispanica arma pacem Christi introduxerunt. Referamus oculos in prætorum tempora; num aliqua sit natio, vnde plus fides spatiata?

Eo ipso tempore, quo Vllispone soluerant Viri Societatis, per cadauer allocutus Dæmon Mystas suos, & idololatriæ Proceres, nouos aduentaturos Patres ex Europa, vt illos licentia lasciuiz, & grege pellicum interdicerent, à crapula auertent, à voluptatibus, à legibus auorum, à moribus præcis; propterea arcendos omnes Euangelij nuncios: tentauit sæpè irritò conatu; diuina causa fuit illis prouidisse, donec ager Christi exposceret pluuiam, vt cruore Sancto-

rum,

rum, tigrus vberior exultaret messe. Cunctatus
 Deus coronam Patris Rochi, donec maturis
 meritis radicatum Religionem figeret. Interim
 satisfecit illi vicariis Martyrij laboribus, & periculis.
 Incredibile est, quanta tolerauit, famem,
 sitim, nuditatem, æstum, terram, cælum, feras,
 homines: non minus potuit dolere, quam tūme-
 re; non minus passus, quam periclitatus est, à Dæ-
 mone, ab hominibus, à feris, quarum non leuis
 iis regionibus noxia. Vix tutò licet dormire. E tu-
 guriis, & casis raptant, & diripiunt homines: no-
 stri hæcenus diuinitus tuti. Accidit, vt casam,
 vbi vnum è nostris labore fessum sopor mulce-
 bat, ingressa tigris lustraret quacumque: inta-
 ctum illum dimisit signo periculi relicto: Bre-
 uarij enim tabellas, & omnia folia vngue pene-
 trauit; præterea innocentissima abiit famelica
 hæc perniciæ. Sæpè Deus seruum suum Ro-
 chum eripuit feris, noluit semper hominibus.
 Hæc conditio rerum, vt seuior homo homini
 perniciæ sit, quàm homini fera, quàm ignis.
 Quoties elementa, flamma, & pelagus peperce-
 runt sanctis Martyribus? quoties leo, tigris, vr-
 sus: Humana tandem manu oppressi. Quos Deus
 excepit omni nature violentia, noluit humana.
 Igitur irritatus Dæmon timore noui auxilij, vi-
 res valentiùs resumpsit, vt, desperatorum more,
 omnes vltima periclitaretur fiducia: sæpè enim
 felix fuit spei alea. Delegauit ad hanc Prouin-
 tiam instructissimum ambitione, & maleficiis
 magicis hominem eius plagæ Caziqum, Nhe-
 zu illi nomen fuit, autoritate dolis quæsitæ,
 poten

potentiâque præcipuum: timebant cæteri: ma-
 gnæ sui venerationem maleficiis redemerat.
 Ex consortio Dæmonis mores eius hauferat su-
 perbia virus, & Diuinitatis appetentiam. Deum
 se predicabat, Conditorum rerum omnium, im-
 perantem Soli, Luna, astris, cui tigrides & fera
 obtemperarent. Reuerentiam, quam damnis
 meruit, minis alebat: interminabat facturum
 Solis defectionem; immisurum procellas, ele-
 mentorum dissidia, vastationem tigrum, nisi
 parerent omnes. Negotiata formidine quidquid
 libuit persuasus: metus enim facillimus creduli-
 tatis est proxeneta. Inuit illam Dæmon: nam,
 licet superbissimus, superbos amat, & iuuat con-
 tra ritum vitij. Nihil agriùs toletat superbia
 nostra quàm collegam: non aliud magis odit
 quàm aliam. Societas cupiditatis dissociat, &
 concursus votorum facit æmulos: non se susti-
 nent, ne se impediant: verùm, si se oderint su-
 perbi, nihil execrabilius alterutri vouere pos-
 sent, quàm similitudinem sui. Ad hanc sæpè in-
 stigant Dæmones, nocentius nobis rari vitium
 suum, quàm penam, si nos videant cum meri-
 to suæ noxiæ. Post repulsam primi voti, inuidia,
 quæ infelix superbia est, secundum alit. Prima
 superbi cupido est, maiorem esse, id est, displic-
 entia sui: oportet enim se exuere, vt aliud sit,
 quàm est. Secunda auaritia est, alium minorem
 esse, ne sit id, quod est. Sic prius Dæmonis vo-
 tum fuit, Deum esse; alterum, ne Deus esset. Per-
 dere maiestatem, quàm non inuenit; nolle alium
 b habere,

habere, quod non potuit ipse. Ideo ut reuerentia Diuinitatem sibi impossibilem multaret, non magni fecit, quod alius Diuinitatem simularet.

Fictum itaque Numen, Nñezu, (in eo erat oppido, siue Reductione, quæ fide, & diligentia P. Ioannis del Castillo procurabatur, in animum diu exasperatum induxit sibi, ipsum Patrem arcere etiam è vita, quod prædicatione IESV Christi, veri Dei, & hominis, obstaret Diuinitati, quã ipse flagitijs postulabat: eisdem insidias molitus in omnes Vrugai Prædicatores, deinde in reliquos Patres Paranz, quæ alia Prouincia est latior: at, sæpè ampliora vota, & vltra felicitatem infelicia sunt. Misit nuncium ad Garupen, (sic dicebatur Caziqus nobilior nouæ Reductionis, quam tunc temporis P. Rochus Gonzales cum P. Alfonso Roderico construebat,) iubens obtruncari duos illos Prædicatores IESV: quo factò, renunciaret sibi, ut tantumdem sauiet in P. Ioannem del Castillo. Adiecit, (quod falsum fides Indorum exhibuit,) in cæteris oppidis idem supplicium sustinendum, sic penitus abolendum Christi nomen. Garupes inductus, aut deceptus, nuncijs Nñezu obtemperauit: facillima est disciplina malorum. Condixerat P. Rochus conuenturis Indis decimam quintam Nouembrijs diem, ut solemnitus eleuaret campanam, cuius pulsu explicaret horam declarandæ Christianæ doctrinæ: hunc diem obseruauit Garupes homicidio commodum, postquam fecisset Sacra P. Rochus, commodior ipsi Patri opportunitas exhibendæ

exhibendæ animæ, cum Corpus sibi Christus suum exhibuit: Corpore & Sanguine IESV saginatus, optima Christi hostia fuit. An dubicaret hausto Dei cruore auarū sui esse? Nutritus Sanguine Christi degener esse non potuit, ut illiberalis proprij esset. An, oblatò IESV Corpore, suum negaret? Necessarius sacerdotij honos, amor IESV est: necessaria amoris supellex, patientia. Amulantur Sacerdotes Christi, felicitatem MARIÆ Matris, cuius amores naturæ & gratiæ in idem conspirarunt. Idem erat genitus à se, & factor sui: idem filius, & Deus. Similis fortuna Sacerdotum amando IESV: conficiunt Corpus Factoris sui: si nullibi Christus fuisset, (liceat hoc comminisci,) si nullus Christus existeret, ad sacerdotalia adesset verba mirifica productione; per repræsentationem suæ mortis præsentaretur ad vitam. IESVM diligere tenemur quasi iure patrio, quasi opus & charissimum pignus nostrum: tanti veritas Sacerdotum Deo est; tanti Deus facit, ne mendaces essemus, nullis parceret omnipotentia opibus. Quis non probat, quod fecit? Quis non suorum operum cupido sibi est? Hoc nomine diligendus nobis Christus, felicissimo confluxu amorum, connaturali affectu quasi nostri operis, supernaturali quoque, quia & Opificis. Quis author artificia sua non exaggerat, quis pater hominem à se genitum non diligit? quis non pendet in opus suum? quis contra non oppignorat factorum charitatem? quis non obatur genitori vita? Duplici hoc

nexu obstringimur amando IESV; vno inclinationis, altero iustitiæ; vno crediti, altero debiti: fortasse ex illo capite dulcior. Plus benefactor amat, quàm amator a debitore. Plus parens diligit natum, quàm diligitur. Ferae amant catulos cum experimento animæ. Ne sit stupidior Sacerdos. Felix spiritus sui periculum pro IESV, cuius Corpus conficit, vt diuinus Vir. Ambrosius inquit, subire libentissimè, & lætissimè debet, adhuc illo amoris titulo, quo non videtur debere; quia noster Christus est, non tantum, quia nos sumus Christi. Noscebat hoc dignissimus IESV minister, P. Rochus; & quoties Christi Sacra faciebat, se quoque sacrificabat, millies quidem affectu, qui remedium impossibilitatis est, & vicarius desperati meriti: tandem acceptare voluit Deus, & euentu vno innumera coronare vota, obsignando opere multas voluntates. Exiit enim lætissimus P. Rochus, peracto sacrificio, actis deuotissimè gratias, ad Indos, & campanam adornandam, inclinauit se, vt funem obligaret lingule ad aptitudinem pulsus, dicebat: Filij, breuissimè audietis citari vos ad doctrinam celi. Ad hæc charitatis verba, cum per commodum summissio capiti ictum aduertisset Barbarus, cui præsertim facinus mandat Garupes, efferens lapideam clauam, hoc est, saxo capitatam, impulit omni nisu in cerebrum sancti Viri, & vno ictu extudit medullas è cranio, & spiritum è pectore. DiffRACTUM caput, & velut fariatum proximus alius, repetita clauæ vibratione,

ctione, totum dissoluit. Strepitu audito gratulantium sibi scelus, & mutuo redimentium plausu conscientiam mali, socius Alfonso Rodericus, qui se ad Sacra præparabat, prodiit. Iussit statim voce intenta Tyrannus Garupes inuadi etiam, occidi, lanari: ille exemplo alieno instantem vitæ exitum videns, cupidus illam coram IESV referare, cuius amore plures, & vltimum hunc pertulit laborem, procedebat ad Ecclesiam. Præuenere Barbari, duo præsertim, qui pilas saxeas fune alligatas exonerantes in sanctum Virum, paucis ictibus diligentissimè exanimarunt. O par Deo dignum! ô purpuratæ nubes, qui vestri cruoris imbre agrum Christi fecundastis! ô verè Christi discipuli, quia patientes, qui naturæ tributum fecistis meritum gratiæ, qui soluendo obligastis, qui gloriam per gloriam obtinuistis, qui felicitatem æternæ vitæ per felicitatem mortis impetastis! Quid felicius quàm mors, quæ cæteris est pena, quòd vobis fuisset merces? Quid non solum iniuriis hominum gloriosissimi sitis, sed naturæ? Quid gloriosius quàm supplicium, & ignominiam sceleris naturæ imputari, gloriæ virtutis: quòd nõ tantum meruistis vita, sed morte: non tantum voluntate, sed necessitate? Anne parua merita vestra tot votis, tot operibus, tot laboribus, tot periculis? Cur opus erat, ita vos cumulare? Non tantum voluntariè, sed quasi necessariò placidiores sibi Christus vos amplexari voluit. Vestri ardor non contentus vita, progressus est, vt vellet morte etiam place-

re : non contentus fuit , quibus potuistis facere , sed quibus pati . Parum dixi ; plus optastis pati pro IESU , quam potuistis ; non solum quam potuistis pati , sed esse . Magnus amor non satisfit facultate : cum sit potentissimus omnium rerum ; nunquam est potentia sua lætus , in eo potentior , quod semper se doleat infirmum ; quod velit posse plus , quam omnia ; posse auarorum ritu ; locupletiores plus habere cupiunt . Nihil plus posse desiderat , quam quia omnia potest , amori ardor eius non possibilitate pacatur , quantum minus euentu ? Non est eximia charitas , quæ compar vitæ sit , cui non superfluant desideria , quam posthuma vota non protrahant ; quæ legata cupiditatum non relinquat , quemadmodum his sanctissimis Viris superstes sibi patiendi auaritia satiata fuit . Etenim largiter seruitum in cadauera ; nudata sunt , vulnerata , dilacerata , tracta , ignominioso circum Ecclesiam protraxerunt ambitu . Reliquit Alfonsus Rodericus in loco martyrij frustum sui crus , scissus lumbos icu in mani :

Namque in corpore sortiam Virorum

Lauis est amplior , amplior cicatrix .

Corpus votum Martyris explicauit . Non satis erat cupiditati suæ patientiæ corpus vnum ; multus esse voluit , vt multorum passio corporum explicaret particulam amoris ; multiplicari optauit , vt pro multis diligeret , vt pro multis cruciaretur . Mira stirps amor est ; sterilis , & fecunda ; duo facit vnum , & singulos mille : circa patientiam

tiam hanc fertilitatem habet ; in tot germinat , quot vota habet experienda fidei , exhibenda constantiæ . In cælum denique , & Deum ipsum affluxit Barbarorum insania ; spoliauerunt Ecclesiam , exturbarunt Crucem , violauerunt vestes sacras , contriuerunt aram , perfregerunt calicem , diripuerunt sacros libros , atque in mille coniderunt frustra eximiam , & venerandam intemperatæ Virginis Matris Dei effigiem , quam Patres Expugnatricem vocauerunt . Præferebat secum P. Rochus hanc Deipatæ imaginem , quotiescumque nouam Reductionem cogebat , illa in-augurabat ; gloriam omnem illi deferens , cuius ope præsumebat omnia . Nec segnior expugnatricis est contra Potestates tenebrarum alma Dei Parens , quam contra potentiam humanam , Sanctus noster Rex Ferdinandus ad omnes expeditiones quocumque copias destinaret , conferebat secum Genitricis Dei effigiem : omnes illi victorias imputabat , omnem gloriam . *Capta Hispali eandem triumphantis specie ornatisimo ferulo impostam ad templum , quod eius nomina dicandæ erat , deferri iubet . Hac celebritate triumphi eadem sacratissima Virginis imago cum splendida Episcoporum processione , signis ac legionibus præcedentibus , sequente postremum Rege , & Procero comitatu , in urbem delata , & in templo collocata est . Hac ex monumentis Ecclesiæ Hispalensis . Mox Pientissimus Rex Augusta Familia B. Virginis cultum ampliavit , Regiis stipendiis splendida , cum iisdem officiis , ac in Imperatrici*

cis Aula: persequerant hactenus officia Regia. Sed & Michael Palæologus indiuiduam comitem, effigiem Deiparæ, habuit, quam solam triumphantem de Hungaris introduxit Constantinopolim mira maiestate, & pompa augusta. Narrauit triumphum Nicetas: *Imperatorem quadriga argentea aurata cum equis niue candidioribus præcedebant, quibus imposta erat imago inuictæ adiutricis, & insuperabilis commilitonis, Matris Dei. Nec verò axis magnam somiât, quia non volebat acrem Deam Mineruam, que falsò virgo dicitur; sed veram Virginem, qua Verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. Eum curru Imperatoris propinqui, atque amici Senatus, viri dignitatibus insignes penè sequebantur. Deinde ipse Imperator prodiit, equo feroci, ornamenti illustribus insignis, & templum ingressus, &c. Scio etiam Alexum Commenum, cum nouam Romam pauco expugnasset milite, noluisse in urbem pompam emittere, nisi triumphus B. Virginis præcederet, quam ipse Imperator pedes & humilis secutus est. Prisci Cæsares aureæ Fortunæ simulacrum secum conferebant ad fidei iussorem felicitatis rerum omnium perfidissimæ: veram & tutissimam piorum votorum fortunam, Matrem Dei, colant Christiani Principes. Sic Ferdinandus noster, sic Manuël, sic Alexus. Ergo, quemadmodum isti Augusti abruerunt sibi triumphum præcipua gloria distributa cõmittioni MARIÆ; pari iure non solus P. Rochus ignominie, & martyrij triumphum occupauit: particeps quoque*

que fuit B. Virgo, sortita suam passionis gloriam in vicaria effigie: triumphus fidei, patientia est, contemptio est, dilaniatio est.

Post vulnera, post cruciatus, post necem, post opprobria explicuit se diuina virtus. Patientie sunt appendices miracula: ipsa namque maximum, & velut miraculorum corpus est. Hic sacrosanctus ritus providentiæ, commentarij diuina in humanis. Hæc lex salutaris omnibus, maiestatem virtutis celare patientiæ opportunitate, vt opium mereantur; promulgare mox gloriæ, ad eruditionem pessimorum, vt vereantur, quos damnant, & redimant conscientiam pudore. Postquam enim omni iracundie lasciuia in sancta, & sanctos Viros seuitur fuit, gestiunt cremare cadauera, & Ecclesiam: incenditur pyra, conticiuntur corpora: sapiens tamen ille ignis, reueritus mortuos immortalitatis meritissimos, & naturæ oblitus, nullo ieiunio perit, cum pabulum intra se concluderet. Redeunt altero die Barbari, integra cadauera mirantur, cætero in cineres rogo resoluti. Nec stetit hæc admiratio: ecce attonitos alloquitur cadauer diuini Patris Rochi: cor vocem edidit, nullum illi caput erat; sed è pectore sentita verba iaculari. Prodigiosa concione inquit: *Cur occidistis me, qui vos dilexistis, qui vos quesui, qui solam vestra salutis causa huc usque peregrinatus sum, qui vestras animas quesui, amauit? Corpus meum dumtaxat occidistis, non spiritum, qui uiuit, & uiuet: inter Beatos regnat, & uobis, & uos adiuuet. Magne uobis superuenient*

calamitates, & supplicia digna ob istud faciunt. Unanimes hoc asseuerarunt oculati testes ex Tyrannis quinquaginta & tres, qui postea capti fuerunt. O admirandam charitatem tanti Viri, non vsque ad mortem, sed post mortem etiam! In quos? In occisores. Sanguis Abelis extincti locutus est ad vindictæ expostulationem, & contra fratrem: non cruor Rochi eloquitur, sed cor; non exquirat ultionem, etiam inimicorum; amat Tyrannos, & affectus blandus superstes illi fuit ad humanitatem; vindictam nolebat, dum admonuit. Amor fertur sagittator sine oculis; id certius eloquens est sine ore; affectus verba sunt, sed muta; magnus tamen metus erudiuit aliquando mutos ad garrulitatem. Creesi filius nouit confertatus eloqui. Quod potuit abiecta, & vilissima timoris affectio, nonne poterit nobilissima amoris? Sincerissimus ille Vrugai Apollonius fidem, & sinceritatem suæ charitatis patefecit enarratione cordis: non aliud lingua, aliud corde elocutus: vtrinque amorem publicat, vtrinque probat: scriptam amoris legem in corde gestabat, cur non aliquando diceret? Qui valuit scribere, cur non loqui? Quod amor insculpsit, amor dictauit. Pectus Sacerdotis Euangelium animatum æstimatur, concluditur illic Scriptura facta. In solemnibus iuribus iurandis alij manu super Euangelium, aut factum librum intentata iuuant fidem: sat est Sacerdoti supra pectus reclinare. Cur hoc? Quia augustius Euangelium latet sacerdotali corde, quam charta. In

pectore

pectore sanctissimi Rochi Euangelium pacis, & amoris, & scriptum erat, & dictum.

--- Eadem dixisse, eadem sensisse scietur:

Non alios fundunt linguæ, corve sonos.

Cor loquitur Christum, testantur viscera legem:

In medio cordis lex erat illa sui.

Solet Deus suis armis cedere æmulum: non aliter quam inuento suo Carthago periit; ariete tentauit diruere Romam, sed sua machina à Romanis diruta est. Aman ipsa trabe suspensus est, quam Mardocheo dicauerat. Per cadauera loquacia solitus Dæmon fallere Indos, eadem sua astutia interceptur. Per cadauer diuinus Spiritus locutus aliquando veritatem. Barbaros irritauit miraculi excellentia, & more pessimorum, tantæ charitatis significationem torsere ad alimenta inuidiæ. Adhuc (vnus audacior inquit) loquitur præstigiator iste. Et disseto medio pectore eripuit cor. Quid eripuit, dico? Accepit, quod dedit Rochus, quod pridem dederat, quod milles. Verissime imitator IESV, qui post cruciatum immanissimi patibuli voluit omnem experiri patientiam. Vulnus lateris admisit, vt patefacto pectore presentaret plentissimum cor. Rochus etiam extinctus pro Christo sustinuit plagam viscerum; referatur pectus; tradit præcordia. Christus patefecit eor, Rochus exhibuit. Traiecit mox Barbarus sagitta iuuuissimum illud Rochi membrum. Vulnus hoc antiquum habuit: transfueratur cor gerebat diuini amoris telo. Confecit denique Tyrannus penetratum

eor sagitta, in resagrantem pyram: iterum admiratio, iterum miraculum: nulla diligentia exuri potuit. Cuspis ardere potuit; illa tamen perficitur caruncula illa mollis. Quae de caelo tacta fuerant, quae fulmen inflammarat, non cremabantur: ignis caelestis ignietat cor Rochi, exuri non debuit nostro. Oportebat mirabiliora in hoc Patre exhiberi, ut certissima constaret martyrij gloria aliis duobus Patribus communis, fortasse gloriosior: agnouere periculum, viderunt mortem, pertulerunt laetissimi pro Christo: solus Rochus non prius sensit discrimen, quam salutem, inopino homicidio correptus; ut argumentum laudis esset aliis, qui minori mortis pompa enituit. Contumax Barbarorum furor contra lenitatem elementi, naturae alias inimici, recreauit pyram, ampliauit struem, ut locupletissima annona exacerbarent flammam, & in cineres cadauera sancta dissiparent: at neque validior praualuit ignis. Ferè integra corpora nostri recipiarunt.

Tanta scelerum felicitate laetissimus Garupes Tyrannus misit nuncios ad Nñezu, qui narrent mandata pro votis exacta, in vtrumque animaduertisse Patrem saeuitate omni. Ille ingenti exultatione affusus, nisi quòd puderet prius alium scelestissimum fuisse, accinxit se ad homicidium vicini Patris, redempturus moram eminentia atrocitatis. Illa ipsa nocte oracula à Dæmone requirit horrendis adiurato ritibus. Deinde exornatus pro more pulcherrimis auium pen-

nis, horribili voce, immani pedum conculcatione implet minis Indos, ni mactarent Ioannem del Castillo, quem apud se habebant, euolaturum in caelum, relicurum illos, nullum alium Deum maiorem se illam propterea, qui dicebat contra, blasphemum, & de medio dira tollendum cruce. Arbitrio suo maiestatem sibi mendacis fabrefecerat: tantò metuebatur, quanto falsebat. Timor persuasit Barbaros, & decima septima Nouembris die, cum canonicas recitabat Horas Ioannes; ecce turba Indorum concessit ad illum: causati sunt plures alios contraxisse e rupibus, & nemoribus, ut secum conuenerent humanius, & politicè: petebant aliqua munuscula; ferrum enim, & hamos magni faciunt. Tota ille Pater in laetitiam, & charitatem compositus, viscera etiam daret. Dum largiter remunerabat, inuadunt benefactorem felicissima liberalitate, non solum excellentie gratiam, sed desperante. Solent maxima beneficia iniuriis duntaxat referri. Eadè fortuna est maximae charitatis odiis frequenter redempta. Vnus fortissimis laertis Patrem complectitur. Iam Christi passionem imitari cepit: Christus osculo traditus est, Ioannes amplexu; nec fidelior iste, quam illud. Dum Barbarus brachiis suis ligabat corpus, alter colligauit fune manus sancti adolescentis: ceditur mox colaphis, ceditur etiam verbis, mille alapas in illum exonerarunt, mille contumelias expectorant, stultum, fatuum compellabant. Dignitatem in illis gehennae, caelestem in Ioan-

ne sapientiam suo titulo agnosco. Stultitia gentibus est: titulus sapientiae honorificentissimus est, non videri pluribus; mens enim ad paucissimos contrahitur, & consilium raro constat sensu. Mox alius raptans è pede Ioannem prostravit. Tum ille blandissime dixit: Filij, si haec facitis ob ea munuscula, quae mecum habeo, accipite cunctaque omnia, & ego vester sum, imò mancipij instar vobis famulabor. Ad haec mitissima Tyranni reddiderunt squissima verba. Immedicabilis ira est, quam lenitas acerbat. Nolle referunt nisi exitium eius, dilaniandum omnino, quemadmodum alij duo Patres; eo sublato, perreçturos ad occidendum Patrem Alfonso Aragoniunt in proximam Reductionem dictam S. Nicolai à nostris, Piratini ab Indis. Martyr postulavit conferri, vt coram & consortio eius maceretur Christo: abnuerunt insipij. Quid inhumanius, quam in inhumanitate ipsa, cum electionem mortis negarent? Quid crudelius, quam vbi miseris ipsa eripitur grata miseria, nec arbitrium adhuc damna relinquitur? Phalaris grandius didicid scire, quam tauro, cum multabat arbitrio etiam securos vita. Rabie instincti Barbari tartarea, statim excruciarunt liberalibus innocentem scuitis. Non segniter innocentia pati solet: vt frontem suam fallat, largiter oportet affligi: praesumptionem facinoris eelant iniqui inmanitate, vt credatur potius patiens deliquisse, quam ipsi. Humanius quoduis ereditur, quam inhumanitas. Primo

imò sagittis perforarunt: vndique hirsutus telis pulcherrimus Angelis videbatur. Similis ardor fidei similem eximij IESV Militis Sebastiani patientiam impetrauit. Mox alio religatus collum, & medium corpus fune atrocissimè pertrahitur, crebris interim maceratus ictibus. Fluxit praecipue è vulnere sagittae illa penetrantis riuus cruoris. Oportuit locum illum fecundari, vt Christianos germinaret. Iam gemmant, iam florent, iam agnoscitur caeli fauor, & risus. Et ne insolens alicuius Apostoli passio nostro apostolico Martyri deesset, cutem eius abrasere saxa, & trunci; per salebrosissima prolatus, solum penè nudus euerit tres leuca quadrantes. Raptim expedierunt vestibus per duo nemora, & arduos montes illatum, per duos torrentes immersum. In crucis deinde effugiem decorum repetitis ictibus vexant. Honorem mortis Christi imitatio vitae meruit. Post tot passiones restabat Martyri patientia, & ipsarum amor, cupido, gustus; nec satiare sua vota Barbari potuerunt. Vnus praevaleuit multis; nec innumeris illi tot iris armati superare potuerunt vnus Ioannis mansuetudinem: corpori Tyrannis tradito animum suffurabatur, vt referuaret Deo. Potius potuerunt explodere spiritum è pectore, quam Deum; potius eripere animum ex artibus, quam ex Deo. Inimior illi Deus, quam suo ipse corpori. Suavissimis inter cruciatu colloquiis affabatur Christum, gratificatus mortem, cruciatus, opprobria. Non onera damna

ista corporis, sed beneficia computanda sunt; nec solum patientia non repudianda, sed gratulatione sunt amplectenda. Virutis decore constantiam in damnis flagitat, gloriæ expectatio lætitiã. Nescio, quæ iniuria fidei sit, pignore salutis non exultari. Latinam, & Hispanam orationem Indi non intelligebant, atque vt exhiberet ipsis patientiæ suæ authoramentum, charitatem Dei, & fidem Christi, vernaculo ipsorum sermone repetebat, *Tu pare*, quod significat, Fit propter amorem Dei. His verbis, hac constantia expectorabat mille plagis vitam, quadam auiditate plus patiendi pertinacem. Extrudit demum validum saxum fronti illisum. Iam video, felicissime Ioannes, coronæ tuæ inaugurationem. O sacrum caput adamantibus, & vnionibus redimiendum! ô dulce voti mei exemplum! Quis mihi hæc narraret, cum mecum colloquereris, vt sacrum tuum pectus millies complexeris, sacrum venereris caput, & repudiarem tuæ humilitatis excellentiam: Contremisco suauissima hac memoria, cum pro religiosa vitæ officio exosculaberis pedes meos, & tam humiliter declinabas frontem tuam ad plantas meas: indigna labia mea agnosco speciosos tuos tetigisse pedes, qui euangelizasti pacem; tu facto ore Christum testaturo meos mulcebas: tunc me acriter prouocabas pudore; nunc dulciter inuidia punis, Miles Christi fortissime, qui ignauum, & degenerem commilitonem reliquisti, & ad triumphum maturasti; meam semper inertiam

suffum

suffundens, ob humilitatem pridem tuam, nunc ob gloriam. At pudor non obstabit, vt venerabundus tuum castissimum exosculatus cadauer, fraternitatis iure, & charitatis nostræ priuilegio gloriæ cū D. Ambrosio in Satyri fratris morte: *In isto corpore, quod nunc exanime iacet, præstantior vita mea functio, quia in hoc quoque, quod gero, corpore, vberior tui portio. Atque vitam vt memorie, vt gratiæ, ita etiam vitæ tuæ hoc, quidquid est, quod spiramus, spirare possemus, dimidiūque meorum decideret temporum, quod ad tuorum proficeret usum.* Cæterum, extincto Martyri superstes furor ictus continuauit: mox reclusis euiscerantur Barbari præcordiis illum, qui viscera charitatis patientia habebat, & exhibita cunctis. Traditur tandem igni. Theatrum vitæ mors edidit. Continuo ardens, continuo effusus in omnes, non solum vulneratus, sed velut euisceratus charitate vixit. Omnem tyrannidem, etiam naturæ, oportuit periclitari, vt satisfaceret suis votis, vt non tantum per aquam, sed per ignem ad æternam quietem, cum totius patientiæ commendatione pergeret. Eadem hebdomadæ die, eadem diei hora, qua Christus spiritum in manus Patris, commendauit suum in amplexu Christi. Imagine Iesu patientis amor eius dignissimus fuit; tempus vitæ idem quod Christo, trigessimus tertius annus.

Felicitas huius Martyris multis inuidenda est nominibus. Primò, prolixitate cruciatuum. Non diminuti animi laciniosa illa patientia fuit, &

c ultra

vitra fata affluens, & diues. Minimus ætate erat Ioannes, & Tyro Christi: quare, vt exæquaret veteranos illos, & senes Patres, oportebat grandiori seuitia redimere annos, & merita densare patientia, quæ panegyris quedam, & nundinatio est virtutum. Laurentio quoque referuata est maxima patientiæ portio, ne minor esset adulescens sancto sene Sixto. Ad hæc, gloriam maioris ignominie nactus Ioannes; non fuit pluribus pertulit i&ibus, quam contumeliis. Tum à principe hoste tortus, falso illo Numine Nñezu, præcipuo Christi osore. Authoramentum quoddam gloriæ est ardentior æmulus. Sublato Martyre, ad contemptionem suæ fidei induit se Tyrannus planeta, & sacris aliis vestibus; contulit cruces, incendit Ecclesiam; contulit omnem sacram supellectilem, vt diabolicis attaminaret ritibus, imitatione perfidi Balthazaris. Ad ignominiam Baptistini, & nostri Martyris, qui illum ministrabat, iussit tinctos sacra aqua acciti: multos illos cæremonia irridens exauthorauit: calido lauabat capita humore, vt sanctum Christina elueret: abiadebat linguam luto aspero, & concha, salis benedicti gustû, sic ille dicebat, extincturus. His exauthoratos ritibus fœda lotionem resecrebat sibi, pro more Dæmonis, non sine æmulatione nostrorum mysteriorum, sed cum contrarietate: baptizabat, sed pedes, non capita, turpissima aqua visus. Clandestino artificio è crucibus manabat, fortè stringendo vtriculam, aut cucurbitam latentem; è suo corpore dicebat fluxisse: hoc ob-

sceno

sceno humore tingebat, ita gloriatus: Nonne vobis videor Diuinitate dignissimus, cum miro vos baptizem ritu: Omnia hæc exornarunt coronam nostri Martyris, cuius vitam non minor apparatus mortis decebat. Præsumptio quedam mortis vita est. Vita omnium virtutum pompa exornatissima mortem exigebat omnium cruciatuum, & ignominiarum honore augustum. Ingenitus ille Ioannis pudor, & decor oris cum tot impropetis committi debuit: nec enim validus æmulus cum infimo componendus est. Irrideri, nudari debuit verecundus, & castissimus Pater: aliquando ab Ægyptia inuasus, velut Ioseph, relicto pallio, fugax se victor eripuit. Candorem hunc albissimorum morum rubor patientiæ debuit purpurare. Gustus ille laborum, tantæ patientiæ erudiebatur. Noui illum, cum in tyrocinio eramus, fumarium pro religiosi imperij sorte, atque in ætate, ardore cæli, & ignis vicini anhelum, sudore, laboreque defectum, nouis reuiescere sponte sua pennis, & perpetua sibi suæ cupiditatis eieratione infensum. In rigidissimis hyemis noctibus seminabat per pauimenta vestes, procul illas amandans: enanè confurgens queritabat nudus, assueturus rigori. Ingenium illud amoris, quem pictum in facie exprimebat, tot odiis dignum erat. Quem admodum affabilis sui oris flos, & fidelissimus interpretis cordis, vultus, contrahebat ad se omnes optimos; sic verberabat pessimos. Amorem non tantum magnæ simulat: quòd

trahat; sed quod auertat: vna parte sollicitat fertum, altera fastidit, cum discordibus componuntur angulis: sic amor similes coniugatis; idem & diuersos arcet. Sed affabilitas Iohannis, consortio beneficentiae potentissima, aduertebat etiam auersos. Tanta aliquando maiestas morum est, vt conciliet etiam iniquos, quos caedit: sed ad periculum patientiae suae damnis illustrandae necesse fuit obsecrari aemulos. At humilitas sua maximo honori dicata per omnem desipientiam ad illum prouehenda erat; nihil de se magnum cogitabat, sed magna. Quod noluit videri, volebat facere; & fecit magna, dum humiliat; dum fecit, dum tulit. Omnia viliora inter nostros munera ambiebat: hoc maius, quod honoratioribus dignior. Cupidus humilioribus occupari, plures annos pueros docuit; ab hac humilitate ad laborem reuectus, ad praedicandum inter Barbaros, & inter mortes Euangelium vitae. Sanctus Pater puer sibi, inter pueros visus, multis antelatus est viris: & merito prudentiae & fidei praeficitur Reductioni nouae multis ditissimae periculis: maior aetate sua Prouincia; sed compensabat grande auum virtus mentis, & integritas morum: viuidae hinc virtutes frondebant, quarum humilitas radix est: later ipsa, caetera velut ramos alte, & fecundat. Multis pariter laboribus adornarat se ad labores, perinde ad gloria; à magnis ad maiores. Nec humilitas gratis semper est, nec suo caret pretio laboris. Quemadmodum gloriae iter patientia est, est &

absti

abstinentia gloriae. Collegae libentissime sunt dissimulatio, & modestia. Non leue fuit, quod acerba Barbarorum dialecto triennio dedidit pertinacem operam. Doctus illam in omnium corda Christum insinuabat publicis concionibus, priuatis sermonibus. Ab illo labore, ab illa humilitate impetratus postea maxime suae patientiae honos. Iam commemorata humilitate, quae virtutum coagulum, & veluti complexus est, nil amplius enarrare erat opus. Caeterum, postulatio exilij sui, non à patria modò, sed à mundo nostro; non ambitu honorum, & diuitiarum, sed auiditate laborum, quorum semper candidatus fuit atque paupertatis, & contemptionis; magnum aliquid praefumebat, & diuinare videbatur. Aliquando, si egregia, si constantia vota, vaticinia sunt. Nam, quemadmodum indoles; sic gratiae spiritus per cupiditates auguratur. Multa & importuna prece supplicis suae patientiae fuit, donec obtinuit ablegari in difficillimam, & acerbiorum noui Orbis Prouinciam Paraguay, quam propter opportunitatem martyrij, & necessitatem patiendi importunis non flagitabat modò, sed extorquebat votis. Tellis sum laetitiae, qua reliquit parentes stentes, notos dolentes, spe tantum dolendi pro IESU. Admirabar ego, & inuidebam illi, cum vltimis brachiorum nexibus colligabamus, & vrgebamus nos, vt distingueremur nunquam amplius visuri: perculit cor meum, & nescio quid venerandum in illo concepi, quasi suae fortunam praesagiens passio-

c 3

nis.

nis. Hac præsumptione hactenus vixi, iam vidi, iam gratulor illi, gratulor mihi. O me felicem, qui tantæ virtutis testis olim fui; qui tantæ patientiæ nunc narrator; qui tanti Martyris socius; qui quondam tanti amici Dei amicus! Nunc supplicem me acceptet, quem accepto Patronum; cuius spero amplexus, & oscula pacis; quem precor cum S. Ambrosio: *Præcede ad illam communem omnibus & debitam, sed iam mihi præceteris desiderabilem domum. Para hospiti confortium; & quemadmodum hic omnia nobis suæ communia, ita illic quoque ius diuiduum nesciamus. Ne, quæsa, cupientem tui diu deserat, properantem expecta, festinantem adiuua; & si diutius morari tibi videor, accersi.*

Post passionem S. Martyris Ioannis, ea ipsa nocte, ne refrigeraretur furor conctatione, consulto prius Dæmone, iussit Nñezu suos producere seditionem, omnes Christi ministros tollere: haud contentos præsentis facinore, procedere in vicinam Reductionem S. Nicolai, siue Piratini, vt subito adorirentur incursum P. Alfonso Aragonium; amandare procul metum; se tenebris implicaturum Solem aduersus contrarios, si qui ad vindictam, aut defensionem auerent, vt columes, extinctis Patribus, recederent. Huius spe promissi Barbari incensi altera die propero penetrarunt cursu nouem milliaria. Furor illos extimulabat. Non homines, rabidæ videbantur tigrides. Repentè adoriuntur oppidum. Vix admoneri potuit à puerulo Alfonso, vt se surriperet

peret discrimini. Ne fides suorum periclitaretur, rogatur sua fuga liberare omnes; ne auaritia patiendi pro Christo, ipsum Christum multi perderent. Irriti Tyranni præda optata, omnem insaniam, & bilem in Ecclesiam refundunt. Tentant illam diruere incendio, testum omne è paleis: iactant tædas ardentes, congerunt inflammata ligna. Ingens miraculum! diabebantur per paleas, non aliter quàm per niuem, cum aridissimæ essent, & æstu Solis sub meridiem idoneæ inflammationi, & in æstate media, quam iis plagis sortitur Nouember. Neque vnica conflatauit stipula. Insolentia miraculi non placuit malignitate cæcos: alienis potius se pessimi interpretamentis irritant: vt sunt, sic iudicant; immedicabiles sæpè, cum fomentis exasperentur. Exornati erant chartis codicum & librorum benedicti Martyris, quibus se pro cristis compleranti tollunt illas, incensas applicant paleis. Mirum dictu! illesi calami perseverant, & intaminati igni; illa ipsa omnipotens Dei manus, quæ vim flammæ interdixit tribus innocētibus pueris; nunc quoque continuit auidi naturam ignis, vt abstineret stipulis. Interim conspirant (nam viri rusticatum abierant) nonnulli pueri eius oppidi à decimo vsque ad decimum octauum annum, arcubus, & sagittis instructi, pro causa Dei, & defendendo P. Aragonio, ac socio suo prodituri vtas: arctius enim spirituales amplectebantur Patres, quàm naturæ. Placuit Deo pia temeritas: seditiones inuadunt: trucidant è vestigio vnus:

admonentur ab impiis, non aduersus illos, sed aduersus Patres dumtaxat illuc concessisse. Acerbantur plus, occidunt decem & sex, plurimos vulnerant, omnes fugant. E pueris nullus concidit.

Post triduum alter Tyrannus Garupes, qui in Patres, Rochum, & Alfonso Rodericum, saeuierat, trecentorum hominum instructus acie, (inquieta, & timida perfidia est; nec sui secuta,) in aliud processit oppidum, seu Reductionem, quam vocant Candelariæ, vt tantumdem animaduerteret in P. Petrum Romerum. Nihil excipitur odio. Conspiciti hostes statim publicantur; aberant etiam viri: octo tamen, aut decem pueri cum sene duce obiecti, vltro continuerunt non nihil turbam. Impij vociferabantur, non eorum inuidia, sed odio suæ Auz, (sic Patrem contemptiõnis causa compellabant,) venisse; illius solam fata negociaturos. Adolescentes tela strenuè densabant feruidiores pro Christo suo. P. Romerus partim voluptate quadam moriendi pro IESV arreptus, partim præsentia, & spe diuina, eques prodit ad excipiendos Tyrannos. Mirabile euentu! vt primùm conspectus Pater, omnis è vestigio constitit exercitus, ac si maximæ aggressæ eoptæ fugiendi deliberationem compellerent. Puberes hinc audaciores vrgebant plus hostes: confuebant iam municipes Reductionis: sic breui arcuerunt turpi infideles fuga, nisi qui ceciderunt; ex pueris tamen, & iis, qui pro Patre erant, nullus interfectus. O magnum facinus gratiæ!

gratiæ! armasse recentes, & penè infantes, suos alumnos, aduersus cognatos, aduersus amicos, & pro extraneo homine! Tot miraculis inaugurabat Deus fidem IESV, quam primùm humilitate, deinde potentia suæ manus illustrauit, ne infirmitati oppressio Patrum verteretur, sed mysterio virtutis, & prouidentie. Deuotio oppidanorum Candelariæ non se constrinxit defensionis sui Patris viui: extra suos effusa fines, mortuos exquisiuit, etiam cum pretio vitæ. Conspirarunt ad hoc centum probatæ fidei Indi, quibus tam liberali ope affulsit cælum, vt indemnes sancta reportarent cadauera. Excepit illa deuotissimè plebs. Lacrymæ, sletus, clamores dissimulabant sanctum pectoris gaudium; specie tamen miseranda, ac si cuiusque parentum comploderetur fata.

Restat demonstratio spiritus prophetici, qui è præcordiis sancti Patris Rochi loquax supplicium Tyrannis promisit. Prouecta facinoris fama ad Reductionem Conceptionis, Caziqus quidam Christianus ardentissimi zeli, & excellentis indolis, Nicolaius Neengirus vocabatur, vt vinceret opinionem, quam Niezu construxerat, omnes Caziqus conspirasse in suos Patres, legit ducentos milites, pollicitus nunquam domum reuisurum, nunquam filios, nunquam uxorem, nisi vltâ sanctorum Virorum tyrannide. Accessit plures, ampliata acie, vsque ad septingentos: querit hostes: inuenit: primus inaudit. Acerto configitur prælo: cadunt centum ex impiis,

impis, totidem comprehenduntur: cæterorum spolia capit Nicolaus: tres dumtaxat desiderauit e suis ad pignus patientiæ trium Martyrum. Aliunde quoque adornata Tyrannis ultio: nam Franciscani Patres e suis Reductionibus (tres habent) sollicitabāt auxiliares. Magno charitatis ardore, & placida concordia sancti hi Viri cum nostris laborant in illo Euangelij nouali. Vbertas messis, & ingens laborum eius Prouinciæ vis nostro illos prouocarunt subsidio. Miles quoque Hispanus, Manuel Cabral nomine, propriis impensis conduxit Europæos aliquos; accreuit illi magna Indorum fidelium manus; non concurrebant, sed conuolabant, vt pro causa recentis fidei iam periclitantis mille animas funderent: sic potuit numerosa Cabral acie iniquos insequi. Cum inuenit, in duas distincti hostes turmas fortissimè inuadit: inuasit Cabral vnā, occidit plurimos, comprehendit occisores Patris Rochi Gonzales, & Alfonsi Roderici, in columi sua manu: nullus desideratus fuit. Alteram seditiosorum aciem astu cepit Caziqus Nicolaus, tempestino nactus aduentu multos ex homicidis Patris Ioannis del Castillo. Iussit Cabral animaduertere suspendio in reos, mox sagittis confodi. Merita sanctorum Martyrum impetrarunt omnibus, vno dempto, salutem. Reuocata (placata iam ira, quæ parenthelus quædam mentis est) memoria vitæ Sanctorum, patientiæ suæ in morte, prodigiorum post mortem, exprumpsit veritatem nostræ fidei: sic nostræ mysteria docti,

&c

&c abluti Baptismo IESV, supplicio addicuntur. Garupes Tyrannus, Princeps facinoris, idem fuit & penitentia. Elapsus tamen Nñezu cum paucis ignobilioribus reis, opportunior fuit salutis multorum: natio enim Nauaigaruarum merito fidelitatis, & demonstratione voti sui impetrant prius ad se mitti Prædicatores: polliciti sunt perquirere Tyrannum, & reliquos fontes, qui fuga eripuerunt se supplicio, imò salutem, & victos ad Hispanum arbitrum mitti pro facinoris dignitate plectendos: arthas fidelitatis dederunt, missi iam nonnullis, missuri breui ipsam Nñezu. Ex captis quoque duo ex precipuis emissi conciliant cæteros, facinorosa venia ad Euangelium audiendum. Vanitatem suorum Caziquorum agnoscūt, atque imposturas fictitij Numinis Nñezu, cum contra spem omnia accidissent, & contra promissa. Multi capti ex ceceptis cædebant veteratores. Vbi, dicebant, Sol feruente caligine? vbi esterocientes tigrides? vbi potentia vestra? Nec vos, nec nos, his malis eripere valuistis. Sic faulthè res fidei agitur, sic subtiliter. Hæc diuina prouidentia astuta, ex malis fecundare bona. Quemadmodum agricola ex stercore, quod sine vsu sibi domi est, & impedimento potius, nouit agros præparare ad vbertatem messis: sic Deus sapientissima parcimonia non negligit absque vsu commissa mala; sed ex ipsis negotiatur fertilitatem bonorum, & quandoque ex sceleribus subtilissimè fabricat salutem. Cæterum, & hic mundi angulus publicatus

eatus est, & insignitus rubrica, vt euocet ad se plures zelatores Dei, ne penuria predicationis tot animas emptas IESU Christi Sanguine defraudet. Tanta mellis est, vt diceret P. Rochus vniuersis Sacerdotibus Hispaniæ, daturum se factis negotij, si distribuere per illas gentes.

Quanta porro gloria Societatis est, vtroque mundum complexam latere, complisse extrema Orbis suorum Martyrum purpura! Rubet Oriens, rubet Occidens Martyribus nostris. Iapon tingitur nostrorum cruore: & ne peccaret elegantia mundi, altero nunc latere Vrugai pingitur.

Fideles ciuitatis Assumptionis, quam coloniam ibi proximam habent Hispani, gloriam Martyrum agnouerunt, venerabundi celebrant, solennes instituerunt gratiarum actiones. Prior Ecclesia Cathedralis lætitiã significauit festiuo campanarum pulsu, reliquæ secuta. Missam Trinitatis cantauit Canonicus: concionatus est Rector nostri Collegij: adfuerunt Clerus, Patritiorum ordo, & omnes Religiosi cœtus: sic inaugurata est gloria istorum Martyrum; ab omni Ecclesia, ab omnibus concelebranda. Quorum patientiæ fama & decor virtutis narrate infideles contrahunt iam ad fidem, fideles ad gloriam impetratio cleuabit, exemplum excitabit excellentis vitæ, excellentis mortis.

R. P.

R. P. PROVINCIALIS
Societatis IESU in Pro-
uincia Toletana, Facultas.



GO FRANCISCVS AGVADO,
Societatis IESU, in Prouincia
Toletana Præpositus Prouin-
cialis, potestate ad hoc mihi data à Re-
uerendo admodum Patre nostro, M V-
TIO VITELLESCHO, eiusdem Societa-
tis Generali Præposito, facultatem con-
cedo, vt *Historiam panegyricam de tribus
Martyribus Societatis IESU, in Vrugai pro
fide occisis, à Patre IOANNE EVSEBIO
NIEREMBERGIO, Societatis nostræ,
compositam, quæ grauium Theologo-
rum eiusdem Societatis iudicio exami-
nata, & approbata est, typis euulgetur,*
in cuius rei fidem has Literas manu
nostra subscriptas, & sigillo nostro mu-
nitas dedimus. Matriti die 26. Iunij,
anno 1630.

FRANCISCVS AGVADO.

Jose Napol. Cardiner



INDEX

RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

A

A B E L inventor patien- tia. fol. 135	Africanus.	68
Abrahamus victor con- tra infideles. 149	Agatha.	43
Abrahami sacrificium. 98. & seq.	Agelaus rex.	153
Abstinentia. 244	Alexander.	54
Abstinentia cupiditatis, nutritrix patientiae. 121	tinore statuæ exanimatur. 279	
Actiones honestæ ad læticiam. 164	Alexandri annulus.	38
Adam repertor laborum. 135	Alexius opprobriis hilaris.	27
Adulatio qualis sit. 106	Alfonsi Neapolitani regis car- borium inter venandum offendentis historia.	378
Aedificus mercaturæ causâ missus in Græciam, Philosophiæ ope- ram dedit. 148	Aman.	82
Agritudo, vide <i>Tristitia</i> .	Amans quis. 329. & 332	
Aegyptiorum Deus. 31	Amans seipsum negligit. 327	
Aenij genitrix. 471	Amans amens, sed prudenter. 364	
Æstimatio rerum ab existima- tione, iniqua. 218. & seqq.	Amantis mors pretiosa & felix. 323	
Affectuum institutio. 308	Amantes vitæ prodigi. 361	
Affectuum usus. 293	Amantium quæstus quis. 332	
	Ambientium seruitus. 525	
	Ambitio. 58. & 185	

d

Ambr

INDEX RERVM,

ninum; lazum, terrenum, Platonis.	362	Cogitationes paralyticae apud Alchuium quæ.	262
Busfidis aræ.	156	Cognitionum regula.	286
C			
Cæptivus.	156	Collimatio vite, de desiderio.	417
Cæsar & Pompeij inuidia.	308	Comparatio temporum.	252
Cæsar apud Alexandriam historia.	413	Comparationis disparium commodum.	247
Canis fabri in Apologia Locmani.	195	Comparationum vsus, & exempli.	251. & seq.
Caput solum inter humanos artus natura protegit.	9	Conatus & impetus ad bonum.	187
Carcer syllæ.	156	Conradi abstinentia.	27
in Casibus alienis dissimulanda constantia.	101	Conscientia pro supplicio pariticiij apud Pelusios.	156
Cato.	138.	Conscientiæ vis.	ibid.
Cautus Scironis.	116	Constantia in casibus alienis dissimulanda est.	101
Caetero Prius est tibi cauisse, quam alii.	104.	Constantia, fructus innocentie.	161. Vide Patientia.
Censura Cæditiij.	ibid.	Conseruado & assuefactio.	101.
Censura vulgi contemnenda.	516	Conseruandis vis.	309. & seqq.
Cerebrum solum, caputque inter humanos artus naturâ induit, & cur.	9	Contemptio humilem, & superbium facit.	534
Cerui venicitas.	22	Contentiosi vt mitigandi sunt.	280
Character prudentis.	182	Contentus nemo miser est.	67
Chariberti regis laus.	38	Contingentia.	248
Charitas parentum.	334	Contractus Glauci & Diomedis.	328
Charitas, veritatis spiritus.	362	Coquus Ducis Mediolanensis.	511
Charitas Philosophorum.	ibid.	Cor Democriti.	108
Charitatis vis.	332	Cordis humani duplex quies.	65
Vide Amor.		Corruptionem sequitur interitus.	511
Cicade otium.	195	Crudelitas Diomedæa.	85
Cleuta Socratis.	26	Crox.	518
Cleuta Esculapio sacra.	540	Cuniculi latebræ.	22
Cimbri.	187.	Culpa poenæ contermina.	158
Cinnamatus honorem annum voluit, continuum noluit.	68	Cupiditas.	298. & 406
Clidemus.	561	Cupiditas gloriæ Macedonicæ.	308
Clodius.	75		

ET VERBORVM.

Cupiditas & amor differunt.	386	Diogenes.	54
Cupiditas gloria.	517	Diomedes.	328
Cupiditatis cum annulo Gygis comparatio.	59	Diomedes equi.	156
Cupiditatis immensus terminus.	66	Diomedæa crudelitas.	85
Cupiditatis malum.	179	Dionysius.	393
Cupiditatis cum volucribus quibusdam Indiæ comparatio.	420	Disciplinæ caput, silentium.	108
comparatio cum numeris.	55	Dissimulare licitum.	101
Vide <i>Dofidurium</i> .		Diuerforium Fanni.	156
Cupido Paridis.	308	Dives quis, ex Eusebio.	117
Cyru.	11	Diuitis auaritia.	173. & seq.
cius memoria.	517	Diuitia.	26
D			
Damnvm turpi lucro preferendum.	163	non arca, sed corde metiende sunt.	89
Damnis Martia felicitas.	194	Diuitiæ pauperis quæ.	500
Deciorum festum.	26	Diuitiarum idea, pauperis.	16
Delicia, vide <i>Voluptas</i> .		Diuitiarum & inopis collatio.	491
Democritus.	108	Diuitiarum insufficientia.	494
Desiderium quid.	427	oppobrium.	495
Desiderij vsus.	416. & seqq.	Diuina bonitas.	366
Desideria animam extrudunt e corde.	422	Diuinorum cognitio intellectus maxime perficit.	286
Desidia sapientis.	371	Dolor.	507. & 517
Deus Egyptiorum quis	14	Dolor & tormentum.	26
Deus sibi sufficit, sed non superest.	41	Dotes amoris quæ.	388
Deum redandam causâ.	384. & seq.	E	
Dij Ethnicorum.	207	ECHO, de amore.	383
Diagoras.	562	Egenus & pauper differunt.	497
Didymi historia.	10	Egestas.	7
Dies mortis, quàm natiuitatis cui melior.	547	Elegantia nuditatis.	395
Dignitate dignus quis.	68	Elementa se inuicem diligunt.	450
Dilectio, vide <i>Amor</i> .		Emanus.	27
Diligentia de bono.	193	aquâ falsâ vsus est.	ibid.
Diligentiæ omnia sunt mancipia, ex Antiphane.	194	Endymion.	371
		Epictetus fortunam prouocat.	39. & 42
		Epicurus.	44. 512. & 511
		Equi Diomedis.	156
		Error gloriæ.	530. & seq.
		honoris.	532

INDEX RERVM,

Patrimonium opulentum quod.	Phalaris.	605.156
77	Phantasia stultitia.	280
Paulus Apost. typus amoris, pa-	Pharmacopolium vectile apud	quosdam barbaros Medicos.
cticus.		211
Paulus ciues Thessalonice	Phidias statuarius.	60
semper gaudere hortatur.	Philemon.	562
59	Philippus.	43
Pauo gloriosus.	Philopemenes.	43
196	Philosophia.	3
Pauper quis.	quid sit.	552
89	Philosophie fructus.	ibid.
Pauper & egenus differunt.	artificium.	553
497	Philosophus, de amore.	562
Pauperis diuitiæ quæ.	Phœnix.	323
500	Pictor mortis, de bello.	435
Paupertas.	Pila Anaxarchi.	26
7. & 26	Pilus spiritum Fabij extrudit.	561
Paupertas nuditatis loco adora-	Pimenij salutare meritum.	150
ta.	Pinus Isthmiaca Sinarum.	156
11	Plato seuit in seruum.	443
Paupertas idea diuitiarum.	Pœmenis fabula.	10
16	Pœnitentorum præcautio.	154
Pauper as læta Aglao.	Pœnitentia longæua est.	520
211	Polyerates.	82
felix Tello.	Posidonij patientia.	123
ibid.	Præcautio penitentiorum.	154
affectedata Diogeni.	Præcepta topica in vsu opinio-	nis:
ibid.	comparatio fortunæ.	245
quæta Crateli.	contingentiæ.	248
ibid.	respectus finis.	250
pernix Demoniaci.	comparatio temporum.	252
ibid.	exemplum.	253
gloriosa Epaminondæ.	ratio prouidentia.	254
ibid.	Præcepta alia contra opinio-	nem:
studiola Horatio.	præmeditari mala.	267
ibid.	mala expectare.	274
iusta Aristidi.	timenda non confingere.	279
ibid.	Prædictio veracissima.	442
secura cunctis.	Præmeditationis vsus.	267. & seq.
ibid.		
res cælestis est.		
499		
diues est.		
500		
sacra est.		
ibid.		
Paupertatis remedium.		
344		
laus.		
457. & seqq.		
dignitas.		
501. & seqq.		
Pax mensis pretiosissima.		
17		
Pax Dei que.		
54		
Pacis, amorisque idea Paulus		
Apost.		
19		
Peccasse ineluctabilis tyrannis		
animi.		
158		
Peccati inuentum quod.		
135		
Pecunia cunctis æquiualeat.		
16		
Pelagius.		
166		
Periculum gloriæ.		
528		
Personæ animi, de fronte.		
108		
Peruigilij pessimum insomnium.		
137		

ET VERBORVM.

Prænotionis vsus.	272
Præuisio, vide <i>Pœnitentia</i> .	
Pretium amoris.	361
Pretium humanum aliunde.	77
Prienensis Philosophus.	38
Primitiæ vitæ humanæ ferus &	lacrux.
124	
Præuilegium laboris quod.	510
Procrastinatio, modesta repulsa.	193
Prouidentia.	269
Prouidentia ratio.	254
Prudentis character.	282
Pupilli cum fortuna comparatio.	83
Q UÆSTVS amantium.	
332	
Quies.	395
Quies humani cordis duplex.	165
Quies Platonem occidit.	562
Q . Mutius.	42
R ADICES malacensis arboris.	557
Refuga, de bono terreno.	81
Res nulla perpetua, tara diuturna.	84
Res nobis duplici capite mortales.	96
Rerum necessitas.	28
Rerum labentium facies circulus dictus ab Elia Cretensi.	94
Rerum toleranda, & temperantia.	113
Reuilius vno die Consul.	82
Rifus I'hilemonem occidit.	562
Ritus funeralis apud Tebiterfes.	547
Rota fortunæ.	93
Rusticus quidam fatigatus ex aratione, in villam regreditur.	120
S A C R A, de maioribus.	515
Sacrificium Abrahami.	98. & seq.
Sallustius quidam accensum carbonem nudo imponit ferori.	128
Salutis iter liberum, & expeditum.	496
Samius tyrannus.	56
Sapientis desidia.	174
Sapientem graues manus habere, ludæorum legislatorum dictum.	103
Sapientia laus.	285. & seq.
Sardensis quidam clapsus a parentibus in sylvas se recipit.	201
Scironæ cautes.	156
Semiramis.	11
Sensus & mens conferuntur.	404
Serapion Sindonita pauperate lætus.	26
seipsum vendidit.	27
pretium seruinitis testatur. ib.	
Seru feruorum terrenorum cupidus.	81
Seruitium mancipiorum parum tutum.	79
Seruitus ambientium.	525
Seuerus Imp.	69
eius angusta iactatio.	51
Siculus tyrannus.	393
Siculi cuiusdam naufragantis historia.	32
Silentium, disciplina: caput.	208
Silentij laus.	ibid.
Simij cuiusdam historia.	433
Simplicitas, norma opulentia.	16
Sinatum lex quæ peregrinos.	85
Socrates pauper fortam ingredi-	tur.
89	

INDEX RERVM,

Socrates vnde sapiens.	162	Tempus.	170
calicem cicute haurit.	191	Temporis computatio.	254
Solertia formice.	195	commodum.	ibid. & seq.
Sollicitudo, vide <i>Diligentia</i> .		Terra loco gaudet humillimo.	
Solon.	69		
lacrymans reprehenditur.	104	Themistoclis memoria.	357
eius patientia.	149	Thrasylli, Exonei historia.	230
Somnus.	195. & 345	Timonis odium.	432
mortis quedam effigies.	366	Timor.	87. & 279
Somni cum morte comparatio.		nec timendum, nec sperandum est.	87
ibid.		Timor solers, inuenit fugam.	138
Sophista, de amore.	262	Timor malis inutilis.	431
Sophocles.	393	ad quod timor datus.	453
Spartæ indumenta & alimenta		Timor Dei.	456
negabant filiis, & curi.	7	Timoris vsus & vtilitas.	449. & seq.
Spes.	87. & 298	remedium.	456
Spes bona futuri aliquando fallax.	175	Timores, dentes acutiores miscet.	113
Spes & expectatio.	410. & seq.	Tobias idæ patientiæ.	136
nec sperandum, nec timendum.		Tolerantia.	114. & 269
Speusippus Philosophus.	44	inuentum innocentie.	115
Stanislaus Polonus cuidam vice,		laudatur.	149. & seq.
aut mortis optionem dat.	541	Tolerantiæ vsus.	113
Stephanus Libys.	45	sepes, & vtilitas.	116
Sriplo Philosophus.	38	Tranquillitatis lex.	77
Scioctam error de mortalitate		Tristitia.	25. & 457. & seq.
animarum.	485	aliena, non leue remedium est	
Stratonicus Citharædus.	119	damni proprii.	462
Suburbia cæli, de igne.	177	Tristitiæ laus & vtilitas.	457. & seq.
Sufime, & abstine, Epicteti dictum.	114		
Syllæ carcer.	156		

T

TACTVS.	195	VALOR hominis.	77
Tantaleæ auditas.	421	Venus depilis præcis Ro-	
Tela amoris, beneficia.	381	manis sacra.	516
Telephus.	11	Verba amoris, opera sunt.	375
Temperantia.	114.	Verecundia, virtutis infantia.	
Temperantia amoris.	361	161.	
Temperantiæ immoderatus vsus.		Veri languor, & segnitias.	262. & seq.
118		Veritatis laus, & obseruantia.	257
		Veritas	

ET VERBORVM.

Veritatis sensus attingendus.	262	Vlrio, vide <i>Vindicta</i> .	
Via honoris.	532	Vnitatis laudata.	197
Vigilia, vide <i>Diligentia</i> .		Voluntas	18
Vindictæ malum.	441	optimum condimentum dicitur.	28
Vindictæ sumendæ ordo.	443	Voluntas felix que.	53
laudatum genus.	ibid.	Voluntas, compendium gaudiorum.	58
Vit bonus, molesta sarcina.	102	diuini efformata typis.	64
Virgula diuina.	51	facultati adæquanda.	72
Virtus vna non accipitur mutuo.	167	perurbationibus eruderanda.	
Virtus Musicæ similis.	171		
res est vsualis.	172	177	
Virtus quam fortuna libera hor.		ingenio iuanda est.	109
243		Voluntatis gloria.	21
Virtus vna patens, reliqua nugæ.	482	immunitas.	28
Virtus iniuste difficilis dicitur.	490	Voluntatis, & Mide comparatio.	34
Virtus in quo pretiosa.	519	Voluntatis modus ostenditur.	
Virtutis ingenium, post nihil habere omnia.	55	177	
Virtutis predicatio.	180. & 277	Voluntatis vsus quis.	ibid.
Vis.	188	Voluntatis instrumenti vsus	187
Vita humana, militia & prælium.	10.	quis.	26. & 507
		Voluptas in abstinentia.	244
		Voluptas licita, & illicita.	282
Vita est peregrinatio sine errore		Voluptas quælibet occidua.	510
termini.	562	510	
Vitæ humanæ primitiæ, fletus & lacrymæ.	114	pretiosa que.	ibid.
Vitæ collimatio, de desiderio.	417	Voluptas celestis ab impetu fluminis demonstratur.	512
		Epicuti circa voluptatem suffragium.	ibid.
Vitæ & mortis comparatio.	335. & 545	Voluptas humana.	517
Vitæ consideratio.	336. & seq.	ferarum que.	518
prestantia.	ibid.	corporalis.	ibid.
pretium.	552. & 564	Voluptatis vox equiuoca.	309
caduca possessio.	562	Voluptatis flagitia.	ibid.
Vitam auferre quibus potest, mortem nemo.	563	causa.	510
Vivere illud est, non sibi soli vivere.	101	mala.	514
		morbus.	515
Vitium, vide <i>Virtus</i> .		ibid.	
		Voluptatis	

